HUGO DE SANCTO VICTORE
Admont, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 18r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26898
Copyright: Admont, Benediktinerstift



subministrando ⁊ cooperando efficiunt. sic in una anima multe
uirtutes cooperando & subministrando s. unam perfectionis for-
mam componunt. Sed ⁊ in uno quoque nostrum exterioris hominis dispo
[illegible] sitio ⁊ ordo uiuendi. atque agendi modus. interioris hominis
formam habitumque demonstrat. Sequitur: Et ihesu participationis
ipsam diuinissime eucharistie assumptionem. rursum subintelli
ge quod supra. arbitrans nostrum animum. ipsam assumptionem diuinissime eu
charistie. imaginem esse participationis ihesu. Ipsa enim assumptio
diuinissime eucharistie. i. sanctissime perceptionis corporis &
sanguinis xpi ihesu quam nunc sacramentaliter ⁊ uisibiliter in altari
tractamus. imago est ⁊ forma illius participationis ihesu. quam uel nunc ei
in spiritu per dilectionem coniungimur. uel per modum in eadem forma glorie
apparentes plena similitudine uniemur. Sane hic notan
dum quod quidam ex hoc loco munimentum erroris sui ducere putauerunt.
dicentes in sacramento altaris ueritatem corporis ⁊ sanguinis
non esse. sed imaginem illius tantum & figuram. propterea quia scriptura dicit. id
quod in eucharistia altaris sumitur. imaginem illius esse quod in parti
cipatione ihesu percipitur. Qui profecto hunc erroris laqueum non in
ciderent. si uel sacramenta dei recta. ⁊ humili fide sus perciperent. uel scrip
turas sacras conuenienti intelligentia tractarent. Nunc autem quia
in sacramentis dei sensum suum fidei preferunt. ⁊ in scripturis sacris
sanam interpretationis formam tenere contempnunt. fit ut ipse
sermo ueritatis amplius eos caligare faciat. dum non recte in
tellectus errorem pro ueritate ministrat. Quod tamen scripture uicium non
est. sed legentium ⁊ non intelligentium cecitas. neque sacramentorum dei
confusio. sed presumentium peruitas. Hic autem periculose errauerunt.
tot manifestis sententiis ⁊ assertionibus non dubiis. unum am
biguum preferentes. & in ipso magis mendacium quam ueritatem eli